

- 99 Vno fundamento voluit, hanc nostram opinionem comprobare Amad. Rodrig. in d. c. 1. nempe, quod cum hodie ex Concilio Trident. sess. 24. de reform. c. 20. & concl. 13. c. 1. sit prohibita appellatio ab interlocutoria sententia, nisi ab ea, quæ contineat damnum irreparabile, & sic arguit ille, cum sententia super desertione sit interlocutoria, ergo non potest appellari. Sed miror tanti viri non attendens, quod Trid. in d. locis permiserit
100 appellationem ab interlocutoria, vim diffinitivæ habente, prout ista lata super desertione, est, ut probant Philip. Franc. in c. ex ratione, de appella. Lanfran. in c. quoniam contra num. 114. de probatio. & plurimos citavimus suo loco. & quod habeat etiam damnum irreparabile, dubitavit nemo, sicuti aliam sententiam diffinitivam post se non expectet, per cuius appellationem possit reparari. & ita defende hanc opinionem nostram ex supradictis fundamentis, à nobis consideratis, quibus speciales rationes excludendæ appellationis hoc consideravimus casu.
103 Circa materiam autem desertionis, quemadmodum sententia, cuius sit appellatio deserta, executioni sit mandanda. quid ab in-

terlocutoria. & quid à diffinitiva. quid in iudice delegato. quid in ordinario. quid ubi adest impedimentum, & quemadmodum id constare debeat. & quemadmodum desertio debeat apparere. & quid quando est lapsus terminus iuris, siue iudicis. & quid si commissio fuit expedita, licet non præsentata. & de pluribus difficultatibus materiam desertionis spectantibus (quas nos omittimus, quia non pertinet) vide latè, & affatim per Lancelot. Rober. de attent. 2. p. cap. 12. ampliati. 1. per totam. & quis iudicum, an superior, an inferior teneatur super desertione cognoscere, & de ea, siue tacite, siue expressè pronunciare, distinet, & sigillatim, illatiuè varios casus congestit post Lancelo. & alios, Escacia de appella. quest. 111. art. 5. per totum à num. 148. cum pluribus seqq. fol. 141. & an iudici à quo, an iudici ad quem pertineat, rem iudicatam, exequi, & executoriales expedire, vide eundem post alios plures casus distinguentem, in eadem q. 111. art. 7. per totum à num. 162. vsque ad num. 183.

TRACTA



TRACTATUS
DE REGIA PROTECTIONE
vi oppressorum appellantium.

PARS QUARTA:

Qua continentur capita circa violentias attingentes executoriales, executores, & eorum excessus.

CAPVT I.

A præcepto, & expeditione executorialium; quidve in ea potissimum sit seruandum. seu etiam ab earum commissione facta executori; an, & quando non deferens appellationi emissa vim commississe dicitur.

SUMMARIUM.

Autor nō tractat materiam executionis, sed dumtaxat appellationis ab ea, nempe quando adest excessus. n. 1.
Excessus executionis materia subtilis, difficilissima, & indigesta est, & utriusque fori tribunali bus frequens. n. 2.
Executionis tractatus qui edidit. n. 3.
Deus optimus maximus contra Adam statim executoriam sententiam misit. n. 4.
Sententia translata in rem iudicatam, vel alijs duobus conformibus mittitur executioni. n. 5.
Sententia in rem iudicatam transit ob non emissam appellationem intra terminum, vel ob eam desertam. n. 6.
In executione eius sententia privilegiata, cuius appellatio caret suspensiuo effectu, cadere solet excessus, & per consequens appellatio. n. 7.
Nihil prodesse sententia & iudicia, si non esset qui ea executioni mandet. num. 8.
Appellationi ab expeditione executorialium virtute rei iudicata an sit deferendum. n. 9.
Opinionem affirmatiuam scilicet, esse deferendum, qui tenuerint. ibidem.
A præcepto de exequendo tam sententiam quam instrumenta garantigata, esse licitam appellationem, qui affirmant. n. 10.
Ab expeditione executorialium & præcepto de exequendo tam rem iudicatam, quam instrumenta, &c. non esse licitam appellationem, ut verior opinio resoluitur. n. 11.
Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Executio rei iudicata & instrumenti garantigati æquiparantur à iure. n. 12.

De executione sententia, ad executionem instrumenti garantigati, licitum est arguere. n. 13.

Ab executorialium expeditione, & præcepto de exequendo vigore rei iudicata appellationi non esse deferendum, omnium fere concurs est sententia. n. 14.

Ab expeditione executorialium vigore trium conformium non esse licitam appellationem, citra dubium est. n. 15.

Ab executione appellationi emissa index non deferens, vim non faciet. n. 16.

Executorialium expeditio plus non grauat, & ideo non appellatur. n. 17.

Executio dicitur de appendicibus. n. 18.

Executorialium expeditio est pars executionis, & ipsius atque sententia declaratio. n. 19.

Pronuntiatio de exequendo dicitur executio, licet non mera. n. 20.

Executiua si sit una sententia alterius, si non potest appellari à prima, pariter nec à secunda illius executiua. n. 21.

Executorialium expeditio, & decretum de exequendo sit in executione rei iudicate. n. 22.

Ab executione non appellatur, quia plus quam sententia non grauat, ita nec ab expeditione executorialium, quia plus quam ipsa executio non grauat. n. 23.

Ab interlocutoria de admittendis articulis si non est appellatum, nec poterit postea appellari ab ipsa actuali admissione. & de ratione. n. 24.

Executor mandatum implens non est qui grauat, sed mandans. n. 25.

A sententia, qua quis non grauatur, non appellatur. num. 26.

Appellans ab executione rei iudicata præsupponit antecedens validum, & negat consequens, scilicet, executionem, & ideo nihil agit. numero 27.

Executio inducta est, ut lites consequantur finem, nec immortales reddantur. n. 28.

Finem nunquam assequerentur lites, si ab executoriali expeditione daretur appellatio. n. 29.
 Prohibito quo prohibetur omne, per quod peruenitur ad illud. n. 30.
 Ab expeditione executorialium appellatio admittitur, si rationabilem causam habeat expressam. n. 31.
 Executorialium expeditio ante rem iudicatam, & intra terminum ad appellandum, appellationem suspensiuam recipit. n. 32.
 Sententia de exequendo est executio, & sic non facienda ante rem iudicatam, & intra terminum ad licite appellandum, n. 33.
 Executori dato ad exequendam sententiam legitima appellatione suspensam, non est permittenda executio. n. 34.
 Executorialium expeditio continens nonum aliud grauamen ultra rem iudicatam, admittit appellationem suspensiuam. n. 35.
 Executorialium expeditio decreta contra alium in re iudicata non comprehensum, recipit appellationem. n. 36.
 Executorialium expeditio facta parte non citata admittit appellationem suspensiuam. n. 37. & num. 42.
 Executorialium expeditio, ut per appellationem suspendatur, debet rationabilis causa in scriptis exprimi. n. 38.
 Executoriales sunt, quoddam instrumentum à notario confectum, summam actorum continens, victori ad exequendum tradendum. n. 39.
 Executorialis moribus inducta, idem est in effectu quoad mandatum executiuum. n. 40.
 Executoriales expediuntur stante re iudicata, non tamen mandatum executiuum, quod si secus fiat, Rota sustinet dū ritè sit expeditum. num. 41.
 Executorialium expeditionem debet precedere citatio ad videndum illes relaxari. num. 42.
 Executoriales expediuntur etiam in domo auditoris Rote. num. 43.
 Executoriales expeditæ absque citatione recipiunt appellationem suspensiuam. num. 44.
 Cui sex ampliationes adijciuntur. num. 45.
 Citatio an sit necessaria in relaxatione mandati vigore sententia, varie suere opiniones remissive. ubi resolutio. n. 46.
 Executorialium expeditionem requirere citationem, ubi datur iudicis, rei, aut litigantis mutatio, sine controuersia est. n. 47.
 Executorialium expeditio requirit processum reproductionem, aliàs si negetur, negatur executio. n. 48. & seqq.
 Sententia valde antiqua presumitur, ritè & re-felata fuisse. n. 49.
 Sententia valde antiqua que dicatur, ut sine processu possint executoriales expediri. n. 50. remissive.
 Executoriales in primis debent continere senten-

tias, seu sententiam. n. 51.
 Sententia inserta in executorialibus facit fidem, quia sunt acta iudicialia. n. 52.
 Executor sententia non est antea ad eius executionem deuenturus, quam sibi de sententia legitime constet. n. 53.
 Sententia non dicitur constare, etiam si eius tenor referatur in executorialibus Papa per relationem partis, quia ipsa sententia adhuc debet doceri. n. 54.
 Dictiones (iuxta, secundum,) & similes, in gratia, seu privilegio stant causatiue, in iustitia rescripto autem conditionaliter. n. 55.
 Executoriales ut per se fidem faciant de sententia, debet in illis inseri de verbo ad verbum. n. 56.
 In executione sententia semper eius verba ponderanda sunt. n. 57.
 Executoriales ut probent mandatum procuratorium, totus eius tenor de verbo ad verbum est inferendus. n. 58.
 Mandatum insertum de verbo ad verbum in sententia aliisve actibus iudicialibus fidem facit, sicut ipsum originale. n. 59.
 Mandatum insertum per relationem & enuntiationem notarij non de verbo ad verbum, non probat, si negetur. n. 60.
 Etiam si Notarius attestetur, se vidisse, & legisse. num. 61.
 Et etiam si dicat, ut constet ex instrumento per me fieri rogatum confecto, ibidem.
 Executorialibus inscribi solent libelli actionum & exceptionum, & alia munimenta quæ ad executionem magis congruant. n. 62.
 Executorialibus inferendus de verbo ad verbum libellus Actoris, cum eius probatio requirat scripturam. num. 63.
 Executorialibus inseri libellum rei, ut constet de litis contestatione, non requiritur, cum sufficiat enuntiatio litis contestationis. n. 64.
 Executorialibus libellus exceptionum erit inferendus, ut appareat an opposita executioni sint admittende, vel non, vel iam super illis iudicatum. n. 65.
 Executorialibus citatio inferenda est, ut appareat tertius possessor, & oppositor fuerit citatus, & quibus officiant executoriales. n. 66.
 Executorialibus sunt inferenda omnia, quæ excludant exceptiones oppositas ad impedendam executionem, ut extrinseca alia excusetur probatio nempe actorum exhibitio. n. 67.
 Acta processus etiam litè finita probant, & vim retinent. n. 68.
 Causa, qua sit actum in iudicio, & iudicis intentio ut constet, interrogatoria & alia acta inferuentur in executorialibus. n. 69.
 Executorialibus inseri solent testes melius probantes rei astimationem, valorem & bonorum liquidationem referentem executioni, ut alia excusetur. n. 70.

Executio

Executio sit ab eodem iudice sit facienda, parui refert executoriales conficere, cum sufficiat sola sententia à Notario signata publica forma. num. 71.
 Executoriales Romana in Curia expeditæ, ante executionem earum requiritur citatio partis de inuolabili Rote stylo. n. 72.
 Executio vigore executorialium non intimatarum capitulo, sed quibusdam canonicis non congregatis, capitulariter est attentata. n. 73. & quando tunc valeat. ibidem.
 Executorialium cum intimatione sit in Rota reproductio, ubi ante actualem executionem & declarationem incursus censurarum quatuor termini seruantur. n. 74.
 Executio & possessio capta vigore executorialium ante intimationem, & eius reproductionem est attentata, & nulla. n. 75.
 Executio est nulla nisi intimentur executoriales late contra unum alteri possessori resignatio, vigore clausulae resignationis gratiosa, etiam quoad possessionem, qua actualiter reperitur. n. 76.
 Dispositio de intruso loquens procedit in accipiente possessionem ex executorialibus non seruatis seruandis. n. 77.
 Executoriales obtinens vigore trium conformium contra intrusum, si reperitur in possessione per viginti annos, etiam si non appareat de intimatione & terminis seruatis, non dicitur attentata possessio. n. 78.
 Ratio est, quia presumuntur omnia solemniter acta per spatium viginti annorum, & condemnatum intrusum post sententias dimisisse possessionem. n. 79.
 Collatio facta per Episcopum excommunicatam vigore executorialium, tamen nondum declaratum valet. n. 80.
 Condemnatus antequam declaratur vigore executorialium, premitit Rota quatuor citationes, ut doceat cur illis non paruerit. numero 81.
 Auditor Camera licet sit executor sententiarum, tamen executoriales à Rota intimatæ non possunt reproduci coram Auditore ad declaratoriam, nisi ipse expediat manitorium. numero 82.
 Et de ratione. n. 83.
 Executorialium executio est attentata, quia cum deberent reproduci coram Auditore Rote, reproductuntur coram subexecutore in partibus. num. 84.
 Ab executeore exequente executoriales Romana Curia in partibus post intimationem, & ante earum reproductionem in Rota appellationi deferendum esse, declarat Regius Senatus. num. 85.
 Romana Curia stylus in expeditione executorialium ac reproductione intimationis non

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

seruatur in partibus Hispania, sed ius commune. n. 86.
 Et quis Hispania stylus sit. n. 87.
 Possessionem captam vigore executorialium expeditarum in partibus, & non reproductarum attentatam non esse, determinauit Rota. num. 88.
 Stylus Rote extra Curiam non est attendendus, nec ad partes extendendus. n. 89.
 A commissione executorialium facta executori, ut illam ad effectum perducatur, appellationi non est deferendum. n. 90.
 Iudex cauus sit, non pronuntiare super sententia exequenda, sed directo committat executionem executori, ut appellatio emittatur. n. 91.
 Executionis commissio, executionis dicitur pars realis. n. 92.
 Executionis extrema à parte ante & parte post, appellationem excludunt. n. 93.
 Medium participat à iuribus extremorum, & probatis extremis medium probatum remanet. num. 94.
 Quod procedit, quando medium habet coniunctionem cum extremis, n. 95.
 Medium eiusdem presumitur nature & conditionis, cuius sunt extrema. n. 96.
 Medium declaratur ex precedentibus, & subsequenibus. n. 97.
 Executorialibus non indiget sententia absolutoria. n. 98.
 Absolutoria sententia seipsam exequitur, nec indiget facto iudicis. n. 99.
 Absolutus statim exceptione rei iudicata tenus est. n. 100.
 Executoriales imperiti iudices concedunt indistinctè. n. 101.
 Executoriales relaxari ex qualibet sententia etiã negatiua, seu absolutoria ubique indistinctè practicitur. n. 102.
 Executoriales non expediuntur vigore sententia notorie nulla. n. 103.
 Executoriales expedire quis iudex possit, à quo, an ad quem, qui vltimam translata in rem iudicantem tulit sententiam, & quid in delegato, & de alijs pluribus similibus difficultatibus. n. 104. remissive.

EXECUTIONIS materiam I non tracto, sed executorium duntaxat. nec illorū amplam; sed quantum nostrum principalem tractatum, & institutum attingere, constet, ac concernit, quod tunc accidit; cum scilicet vim faciant, non deferentes appellationi interfectæ ab eorum actibus, & processu, & per consequens, subtilem ancipitem, & in supremis, inferioribusque (tam secularibus, quam ecclesiasticis) tribunalibus frequenter,

x 3 tem,

tem, nimisque, & indigestam materiam excessus aggredior. Quam vix hactenus adeptus est nemo, eius laborem cum omnes, summa eius difficultate conuicti, perhoruerint, aufugientes, licet executionis instrumentorum, & aliarum rerum eam mentium plurimi sunt editi, & infiniti tractatus, vt est videre per Bernardi. Pandum in tract. de executione instrum. Benedictum de Bar. in tract. guarentigie. Frecciam in tract. de presentatione instrum. Antonium de Carrario in tract. de executione instrum. Antonium Massam Gallesium in tract. de executione instrum. in forma Camera. Matthiam Collierium in tract. de processibus executiuis. Rodericum X Suarez in repetitione l. post rem iudi. ff. de re iudi. & eius additionator Valdes. Paz in praxi 4. p. tom. 1. Parlador. lib. 2. rerum quoti. c. si. Amad. Rodri. in tract. de execut. & alios ab eisdem relatos, ad quos omnes te lectorem pro materia remitto in nudis, merisque tractationis nostrae limitibus contentus, cuius principium me iam conuocat.

4 Genesis cap. 3. legimus, vt post culpam Adami condemnatum Deus Optimus Maximus eiecit e paradiso, suam sententiam itaque mittens executioni statim, c. Adam de panit. d. r. ad cuius imitationem sententiae in quibusuis iudiciis, tam ordinariis, quam extraordinariis, summaris, aut summarissimis, late debitum vt consequantur exitum; necessarium vt fortiantur effectum, & vt ad finem suum, tanquam obiectum, lites protrahantur; executioni quotidie mittuntur, non omnes; sed illa dumtaxat, quae vel aliis duobus conformes sunt, clem. 1. de sent. & re iudi. l. 1. & toto tit. C. ne liceat tertio provocare, vbi Doctores, & quae nos late supra lib. 3. cap. 16. a prin. vel ea quae transierit in rem iudicatam, l. post rem iudicatam. ff. de re iudi. l. cum quaedam puella. ff. de iurisdi. omni. iudi. l. mino. 2. 5. annis. cui fideicommissum, ff. de minoribus. & hoc siue quia intra praesentium ad appellandum iuris terminum appellatio non fuerit interposita, c. cum dilectus in fi. de electio. c. quoad consultationem, de sententia & de re iudi. clem. sicut, de appella. vel si interiecta, quia ob non prosecutionem deserta remansit, l. si. illud. c. de tempor. appella. text. in c. personas. & in c. cum sit Romana. de appellationibus, l. quoniam nonnulli. l. si contra. C. de appella. & nos late supra 3. p. c. fi. ad fi.

7 Quod extendit etiam ad eam sententiam, a qua licet permessa sit appellatio quoad deuolutiuum, suspensiuus tamen tanquam prohibitus eius executionem non impedit, secundum varietatem casuum a prin. huius tractatus vsque nunc in finemque relatorum. quoniam quantum ad nos atinet,

executor talis sententiae potest in executione excedere, ac propterea appellari. & tandem cum praefatarum sententiarum executio necessaria sit, iuxta illud Philosophi Politicorum 6. c. nihil prodesse rebus iustis iudicia, & sententias dare; nisi essent, qui eas executioni mandarent, cui conuenit l. 2. §. post originem ff. de origine iuris. c. vbi periculum. §. praeterca de electione in 6. & in c. vnico, §. & quoniam, de statu regula. eodem lib. text. in c. suscitata. de in integ. restitut. quia frustra ferrentur sententiae, nisi debite executioni mandentur, c. quoad consultationem, de re iudi. gl. in rub. C. de executione rei iudi. iussit iudex pro ea peragenda executoriales decernit.

9 Quo supposito in illam incidimus solvendam altercatam quaestionem: an iudex Ecclesiasticus, vim faciat non deferens appellatiioni interpositae a praepcepto de exequendo, seu expeditione executorialium virtute rei iudicatae, & affirmatiuam scilicet appellatiioni deferendum esse, omnino tenent gl. in l. 4. ab executione ff. de appella. & in l. ab execu. vbi B. sub num. 1. & Salicet. sub num. 2. & 3. C. quorum appella. non recip. Speculator in tit. de appella. §. in quibus. num. 6. vers. & scias. Socin. regul. 2. 6. appellare ab executione. num. 5. & regul. 2. 4. fall. 2. quam ipse vbi supra communem opinionem esse, testatur & Alexand. conf. 113. viso themate num. 9. in fi. quam videtur sequi Roman. conf. 41. in praesenti, consultatione num. 1. & in l. 5. in prin. & in 4. colu. ff. de verbor. obli. sequitur additio ad Abbarem in c. quoad consultationem, sub n. 30. verbo, appellatiouis, in fi. & praefatas glossas ad hoc allegauit Bart. in l. si cum exceptione. §. haec autem. ad fi. quod metus causa.

10 Et generaliter seu indistincte, quod a praepcepto, seu decreto de exequendo appellatiioni sit tanquam licite deferendum, tenent Angel. in d. l. ab executeore. Roman. conf. 41. sub num. 1. Angel. conf. 112. quidam petijt. sequitur Feli. in c. quoad consultationem n. 13. in fi. & num. 14. & 15. vers. in ita. 1. de sententia & re iudi. Salicet. in d. l. ab executione. C. quorum appella. vers. oppono contra primem. vbi dicit Doctores ita comuniter tenent, & ibi Ioan. Faber in prin. Bal. in additio. 2. ad Specul. in tit. de appella. vers. aliud est. Abb. in c. quoad consultationem. vers. concludo ergo. de re iudi. Alexan. conf. 97. volu. 6. Socin. conf. 300. vers. nam licet. Socin. in regul. 2. 6. limi. 5. Ioan. de Ana. conf. 2. 6. in prin. Rodericus X Suarez in l. post rem. in declar. l. Regn. quae. 6. num. 1. & 2. & praefatarum glossarum opinionem d. l. ab executione. & in d. l. ab executeore. communiter approbati per Doctores, dicit Decius in c. noui. num. 4. de appella. & etiam de communi testatur Emilia. conf. 148. magnific. num. 2. Minsinger.

conf.

conf. 46. factum tale num. 18. quorum plurimi generaliter loquuntur tam in decreto, & mandato de exequendo rem iudicatam, quam instrumentis, & aliis dispositionibus executionem merentibus: alij vero indistincte de praepcepto de exequendo, alij, & maior pars in executione instrumenti guarentigati dicentes, quod licet non possit appellari ab ipsa executione; poterit tamen appellari a mandato de exequendo, & sic dicendum videtur appellatiioni huiusmodi ab expeditione executorialium si iudex non deferat vim faciat omnino.

11 Sed contrariam sententiam, & opinionem: imo appellatiioni non deferentem, vim nullam facere interposita ab expeditione executorialium, & praepcepto de exequendo, tam vigore rei iudicatae quam instrumenti guarentigati, alteriulve dispositionis: longe veriore, & probabilior, communior, & tenentur citandi: quam tenent gl. in l. si cum exceptione §. haec autem. verbo, datam vers. sed tamen dicitur de eo quod metus causa. Albericus in lab. executione. C. quorum appella. in prin. vers. iton tenet. & Odofred. vers. si iudex pronuntiat, vers. queritur circa legem ista. Bald. in d. l. ab executione. vers. tamen modo quero, vbi Paul. Castren. in prin. vers. & aduertendum Fulgos. in gl. 1. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. tit. de appella. §. in quibus vers. & scias. Alexan. conf. 181. vers. fortius dico. volum. 6. Specula. in tit. de executione sententiae. §. breuiter. vers. sed secundum eum. Angel. Areti. & Immol. in lab. executeore. ff. de appella. vers. in glo. 1. dicit. Neapoli. 1. in nouiss. num. 17. Communem dicit Decius in c. noui. nota. 4. de appella. Graus, qui de eadem communi testatur in conf. 109. volu. 2. communem dicit etiam Ruin. conf. 78. volu. 5. communem etiam dicit Petrus Philip. Corneus conf. 71. colu. 4. volu. 1. quem sequitur referens Maran. de ordi. iudi. 6. p. tit. de appella. num. 249. fol. 612. in paruis. de communi. & magis communi dicit etiam Lancelo. Robert. de attempta. 2. p. c. 12. limi. 53. a num. 14. Antonius Gabriel lib. 2. conclus. tit. de appellat. concl. 4. communem etiam dicit plures allegans Bernad. Diaz de Lugo in regul. 43. veriore dicit eam sequitur Didac. Perez in l. 5. tit. 8. lib. 3. ordinamen. colu. 11. 13. & vt talem plures allegans, beneque comprobans contra primam per eum relatum refert Mencha. lib. 2. construx. vsu freq. c. 38. num. 6. & 7. quos etiam sequitur Ioan. Gutier. in repetitione l. nemo potest. de legat. 1. num. 446. & num. seq. Vald. in additioni. ad Roderi. X Suarez. in l. post rem in declar. l. Regn. q. 6. ad num. 1. Rebuff. de litera obli. art. 1. gl. 10. Menoch. de adipsi. poss. rem. 4. num. 828. Azcued. in l. 3. tit. 2. i. num. 4. & 5. lib. 4. recapi. Au-

ron. de Canar. in tract. de execu. instrum. q. 46. num. 83. tomo 5. diuerso fol. 44. Rota decis. 100. ex nocum. num. 13. p. 1. diuersor. qui omnes loquuntur in appellatiione interposita a praepcepto de exequendo tam virtute rei iudicatae, quam instrumenti guarentigati propter vtriusque equiparationem a iure considerata. secundum Benedi. de Paz in tractatu de guarenti. p. 2. quae. 13. fol. 346. Anton. de Cana. in tract. de executione instrum. quae. 41. sub n. 79. fol. 44. Efficacia in tract. de appella. q. 17. limi. 10. num. 8. ad fi. Ioan. Garcia de nobilitate. gl. 6. §. 2. num. 25. alios vltra istos Doctores multos pro hac opinione magis communem affirmans congerit Ceuall. in contra. commu. quae. 190. per totum. Ioan. Gutier. in repetitione l. nemo potest. de leg. 1. a num. 447. & de communi opinione plures referens testatur Carocius exceptione 44. a num. 70. & sequent. Rota Lucana decis. 72. num. 7. Amatis decis. 29. num. 48. quapropter de executione sententiae ad executionem instrumenti guarentigati licitum est arguere, secundum B. in l. cum vnus in fi. ff. de bonis auctori. iud. poss. & Bal. in l. si. colu. 2. eodem. tit. Rom. conf. 76. num. 4. Angel. in l. 1. C. quando prouoc. non est necesse. Quintilia. Mando. in tract. de inhibiti. quae. 49. num. 2. Paz in praxi. 4. p. tom. 1. cap. 1. num. 3.

13 At in specie nostra, vt appellatiioni ab expeditione executorialium, seu decreto de exequendo virtute rei iudicatae, non sit deferendum (negant pauci) sed omnium fere conuers est receptissima sententia, Cynus in d. l. ab executione. Raphael. Cuma. in d. l. ab executeore. vbi Barr. Maria. de Senis conf. 48. incipit in ciuitate Lucana. sentit gl. in l. si cum exceptione. §. haec autem ff. quod metus causa. vbi Angel. Ioan. Andr. in addi. ad Specula. tit. de appella. §. in quibus vers. quoniam. Areti. late in d. l. ab executeore. post Angel. & Immol. (dicit sic se vidisse seruari in praxi) Bal. in d. §. haec autem. Florianus in d. l. ab executione, pro quo etiam consiluit Alexan. conf. 236. visis processibus. colu. 2. dicens esse communem opinionem, Alexan. de Immol. conf. 95. lib. 2. colu. 2. qui de communi testatur, quem sequitur referens Philip. Corneus conf. 71. colu. penult. volu. 1. dicens, ab hac opinione in iudicando, & consulendo non esse recedendum. Bartholo. Soci. in tract. fillen. regula 33. appellare ab executione. communem etiam dicit Feli. post alios in c. quoad consultationem num. 14. de re iudi. sequitur Roderi. X Suarez in repe. l. post rem. in declar. l. Reg. quae. 6. n. 3. (quia licet contrarium teneat in appellatiione a mandato de exequendo instrumentum, tamen in appellatiione ab expeditione executorialium, seu mandato de exequendo

x 4

vigore

vigore sententiæ hanc partem vt acquilliam, & fundatam sequitur) Specula. in tit. de executione sententiæ, §. penult. vers. sed secundum cum queritur num. 5. in fi. & num. 6. lib. 2. fol. 81. Rebuff. tract. de sententiarum executione, art. 7. gl. 13. n. 16. fall. vlt. tom. 1. fol. 376. Capicij decif. 1. num. 17. de communi testatur item Mandel de Alba conf. 14. pro supposita lib. 1. & magis communem post alios vocat Petrus Cephalus conf. 76. num. 16. prout de eadem magis communi testatur Beroinis in conf. 32. in causa executionis num. 5. & 17. lib. 3. vbi quod ab hac opinione in iudicando non est recedendum. & quod qui alteri opinioni velit inherere, id ex imperitia facere, præsupponetur. & de eadem communi testatur Grauat. in aditio. ad Vestrum in praxi Roma. Cur. lib. 7. c. vlt. num. 43. etiamque communem dicit Caputaq. decif. 427. lib. 1. communem dicit à postil. ad Roma. conf. ... in presenti in verbo, vide dum. communem dicit Socin. in regul. 2.4. fall. 2. & in regul. 2.6. plurimos de communi & magis communi restantes refert & sequitur Card. Tulc. practi. conclu. tom. 1. concl. 4. 10. litera E. num. 14. & n. 17. veriorum communium, & seruatum affirmat Additio. ad practi. Papien. in forma appella. à senten. diffinit. in gl. coram vobis. in verbo, in executione. fol. 407. de magis communi etiam testatur Rolan. à Valle conf. 43. à n. 3. volu. 1. esseque receptam in Palatio, post alios testatur Rota decif. 100. p. 1. diuerso. quam doctrinam procedere citra dubium in executionibus decretis vigore trium sententiarum conformium, affirmant Mandos. in tract. de commissione 23. executorialis in verbo citatione precedente q. 4. vers. finem. fol. 130. Scacia Sigismund. in tract. de appella. quest. 17. limi. 10. num. 17. quia tunc nulla cadit disputatio.

16. Quæ quidem opinio non inualidis fundamentis, rationibusque fulcitur, etenim ab executione ipsa appellationi interposita iudex deferre non tenetur, ac vni non facit, cum careat suspensiuo appellatio, l. ab executione. C. quorum appella. non recip. c. nouit. 43. de appella. Bal. in d. l. ab executione, in prin. Roman. conf. 41. in presenti consultatione, n. 1. Anton. Gabriel. commu. conclu. lib. 2. tit. de appella. concl. 4. in prin. Afini. in praxi iudici. §. 31. cap. 18. num. 1. fol. 187. Lancelo. de attent. 2. p. cap. 16. num. 38. & idem 2. p. cap. 12. limi. 53. num. 10. & seqq. de communi testatur Alciatus in l. 1. §. si quis ita. ff. de verbor. obliga. Baptista Villalo. in volu. communium opinio. verbo, appella. n. 113. Augustinus Beroinis conf. 106. quatuor n. 10. lib. 3. Mandel. de Alba. conf. 14. in prin. lib. 1. Grat. conf. 16. vltis. lib. 2. Petrus Calefat. inter consilia matrimonialia. lib. 1. conf. 76.

in causa executionis num. 16. Benedic. de Barz. in tract. guarenti. p. 2. quest. 13. fol. 346. Veltius in praxi lib. 7. cap. 3. num. 9. Caputaq. decif. 40. appellatio non admittitur p. 1. Rota decif. 45. aliis 346. si appellatur, de appella. in nouis. Rebuff. 1. tom. tit. de sententiarum executione. gl. 12. & 13. & 14. art. 7. & de literarum oblig. art. 1. gl. 10. Bernar. Diaz regul. 46. Didac. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordin. colu. 1113. Menoch. de adipis. poss. rem. 4. num. 228. Roland. à Valle conf. 43. Azeved. in l. 3. tit. 2. 1. lib. 4. recopi. n. 4. & 5. Valdez in addi. ad Roderi. Xna. in l. post rem 2. t. declaratione l. Reg. quest. 6. n. 1. Couat. in pract. questio. cap. 2. 3. ad fi. Parlador. lib. 2. rerum quoti. c. fi. 5. p. §. 15. num. 1.

Ergo nec poterit appellari ab expeditione executorialium, seu à præcepto rem iudicatam, seu aliam dispositionem executioni mandandam, quia plus non grauat. ita argumentantur Gemina. conf. 99. Guido Papæ conf. 574. Corneus conf. 71. num. 20. lib. 1. & in conf. 2. 1. in fi. lib. 4. Aferri. in l. 3. in prin. num. 3. circa medium, de verbor. obliga. Alexan. conf. 95. lib. 2. Socin. in regul. 2.6. appellare. Felin. c. quoad consultationem, num. 14. & 15. de re iudi. Roin. conf. 78. n. 1. Socin. Iunior conf. 138. n. 6. lib. 3. Gratus responsio 16. colu. 1. num. 2. Roland. à Valle conf. 43. num. 5. in prin. Rota decif. 100. 1. p. diuerso. & ferè omnes Doctores citati superius versat in specie nostra. & vers. sed contrariam sententiam.

Nam executio dicitur de appendicibus. 18 Puteus decif. 376. in fi. lib. 1. & executorialium expeditio, & præceptum eius pars, seu 19 declaratio ipsius executionis, & sententia, Cynus in l. ab executione C. quorum appella. vbi Raphaelis Cuma. Bald. etiam ibi num. 4. Felin. in d. c. quoad consultationem. sub num. 14. de re iudi. imò executio & præceptum de exequendo, vnum & idem esse, firmant Cyn. in d. l. ab executione, Raphaelis Cuma. in l. ab executeore, & ibi Bárt. & Maria. de Senis conf. 48. in ciuitate Lucana. Rodericus Xuares in repet. l. post rem. in declaratione l. Reg. quest. 6. num. 3. in prin. & Bal. in additio. ad Specul. de sententis. vers. an pronuntiatio. dicit, quod pronuntiatio de exequendo fit executio, licet 20 non mera, ergo nec ab ista expeditione, & decreto poterit appellari.

Insuper facit elegans ratio, nam quoties 21 duæ sententiæ ira se habeant, vt vna veniat in executionem, seu executia sit alterius, tunc sicut non potest appellari à prima, patenter nec poterit appellari à secunda. Ita eleganter Bal. in l. si cum exceptione §. hæc autem actio. ff. de eo quod interius causa. Felin. in d. c. quoad consultationem. num. 14. ante fin. Escacia in tractatu de appella. quest. 17. limi. 10. num. 11. Capicij. decif. 1. num. 17. & num. 23. Lancelot.

Robert.

Robert. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 53. num. 36. Cæsar Contard. in repetitio. l. vnica. C. si de moten. pess. limi. 19. num. 16. sed expeditio executorialium, & decretum de exequendo est executio rei iudicata, ergo quemadmodum ab ista non appellatur ex superius dictis, ita nec ab illa expeditione.

22. Cæterum & facit, quod executorialium expeditio, & decretum non plus grauat, quam ipsa res iudicata (prout dicimus in executione) quoniam ideo ab ea non appellatur, quia amplius quam sententia ipsa principalis, non grauat, sed ab ipsa sententia, & re iudicata non licet appellari, ergo nec licere debet ab expeditione executorialium, quemadmodum nec ab ipsa actuali executione. ita hæc rationem eleganter adducit Angel. in d. l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de appell. §. in quibus. vers. 5. Escacia de appell. quest. 17. limi. 10. num. 12. & num. 6. Felin. in c. quoad consultationem, de sententia & de re iudi. num. 14. post medium. Rebuff. in tractatu de appella. artic. 9. glo. vni. à num. 8. & seqq. fol. 507. Roland. à Valle conf. 43. num. 3. lib. 1. & ex plurimis quos citat, tenet Rota decif. 100. 1. p. diuerso. (secus si grauetur amplius vt statim.)

24. Quibus & illud rectè cõuenit, quod dicit Paul. Castrensis in l. ab executeore 4. ff. de appella. num. 2. quod si iudex pronunciat, articulos esse admitteudos, & postea admittit, si non fuit (inquit) appellatum à pronuntiatione de admitteudo, non poterit appellari postea ab ipsa admiffione, cum admiffio sit executio interlocutorie, & secunda executio prima, & prima est, quæ grauat, non autem secunda. sequitur Ruginel. in tractatu de appell. §. 2. c. 3. num. 85. & 167. & idem melius post alios quos citat ibi num. 168. Escacia de appella. quest. 17. limi. 10. num. 12. videndus est limi. 47. à num. 137. & per eundem Paulum Castren. & notata in c. dilecti. de renuntiatione. tenet Ioan. Ferraric. in tractatu de appella. cap. 5. num. 50. quemadmodum etiam dicimus de executeore, vt ipse iudicis mandata implens non grauat, sed mandans. Aymon Craueta conf. 273. nobilis Demine. colu. 3. num. 1. vers. secundo quia. & vers. nec obstat. Rebuff. tractatu de appella. art. 7. glo. 2. num. 15. tomo 3. fol. 503. Scacia vbi proximè d. limi. 10. num. 3.

26. Ideo succedit regula, quod à sententia, qua quis non grauat, non potest appellare. Bald. in l. vni. num. 7. C. ne liceat vna eademque causa. Franc. in c. si dyobus. num. 1. de appella. Nicel. in tractatu de concord. gloss. concord. 6. fall. 43. sub n. 8. 4. tom. 18. diuerso. fol. 194. Ozafcus decif. 6. num. 3. Gregos. Tholosan. tit. de appell. lib. 5. cap. 1. num. 1. fol. 46. 1. Cæsar Barz. Bonon.

decif. 52. num. 10. quia appellatio respicit grauamen, quod est causa finalis & obiectum appellationis, vt debitus honor. de appella. vbi Doctores, Abb. in c. interposita, sub num. 3. de appella. c. cum cessante, eodem tit. ergo debet cessare appellatio ab hac sententia alterius executoria.

Quibus etiam accedunt, quod dicit Geminianus in consil. 99. num. 3. allegans ad hoc Ioan. Monach. sequitur Galle. in tractatu de Camerali 3. p. in c. de question. varijs. post præcep. in add. num. 10. & cum tribus seqq. Marquf. de commiss. 1. p. c. 16. num. 3. 4. Hierony. Gonz. in regul. de men. & alterna. gloss. 9. in annota. à num. 22. 1. & nos supra lib. 2. c. de pensionibus. fol. 1. quod appellans ab executione facta vi- 27 gore rei iudicata, & similibus, præsupponit antecedens validum, à quo executio dependet, & negat consequens, scilicet illius executionem, & sic nihil agit, quia opponitur rei naturæ, & eius impedit naturalem effectum.

Et tandem pro hac parte illa mouet ratio, 28 ne in infinitum lites protrahantur, nec immortales reddantur, & vt debitum consequantur finem, l. fratris. C. de transactio. c. finem de dolo & contuma. lib. 6. quam reddunt Odofred. & Cyn. in d. l. ab executione. Bart. in l. ab executeore. col. 2. in prin. ff. de appella. Ioan. Andr. in addi. ad Specula. tit. de appell. §. in quibus. vers. 5. Raphael Cuma. in d. l. ab executeore. idè Ioan. Andr. in addi. ad Specul. tit. de executione sententia §. penult. vers. sed secundum cum cum queritur Felin. in c. quoad consultationem sub n. 14. post princ. de re iudi. alios recenfer Roderic. Xuares in l. post rem in declaratione l. Regni 9. 6. num. 3. in prin. Roland. à Valle conf. 43. num. 5. vol. 1. Gratia. in disceptatio foren. c. 33. num. 1. tom. 2. quæ nunquam daretur, si ab huiusmodi expeditione executorialium da- 29 retur appellatio, & admitteretur vna via, quod alia prohibitum stat, cum vno prohibito, prohibetur omne, per quod peruenitur 30 ad illud, vt dicit in proposito Corneus conf. 71. colu. 4. in litera V. in volum. 1. quem referens sequitur Maran. de ordi. iudicio. 6. p. tit. de appella. num. 249. in fi. fol. 612. in paruis, & sic regula subsequitur, quod appellationi interpositæ ab expeditione, & decreto executorialium vigore rei iudicata, violentiam nullam faciat non deferens, sicut etiam generaliter nec à quolibet præcepto de exequendo actum aliquem exequibilem, vt ex magis communi supra probauimus.

Quam regulam, & resolutionem declar. 31 res, seu limites, velim, vt nõ procedat, quando in appellatione huiusmodi aliqua rationabilis causa exprimitur (quas modò dicemus) quia tunc ab huiusmodi expeditione executio

executorialium appellatiōi, vt licitè, nisi iudex detulerit, vim facere declarabitur, imò eandem executorialium suspendere tenetur, ita obseruat Rota in nouiss. decis. 218. num. 5. p. 3. lib. 3. diuersorum, quam ad id referens sequitur Cardinal. Tuscus 1. tom. practi. conclus. littera A. consil. 359. num. 49. & nos supra lib. 2. cap. 1. de interlo. num. 11. idem affirmat Paul. Castren. conf. 289. ad primum respondet, lib. 1. in prin. sequitur idem Tuscus tom. 1. littera A. concl. 4010. num. 18. Romanus conf. 41. in prin. & Apostilla ad eum, verbo, videndum, communem dicens, & plurimos citat.

Et prima rationabilis causa sit, quando
32 huiusmodi executorialium expeditio fieret ante rem iudicatam, & sic intra terminum datum ad appellandum à sententia condemnato. quoniam hac de causa ab huiusmodi expeditio appellatiōi deferre, tenetur iudex, sicut enim potest appellari à prima, ita & ab hac secunda pariter licebit, probant Angel. in l. ab executore ff. de appella. & ibi etiam Immola & Clarius, Angel. de Arcet. argumento glossæ in d. §. hac autem, implicat enim contradiciōnem, quia si sententia de exequendo est executio (ex supra dictis) non debet fieri ante rem iudicatam, & (vt optimè Alexan. consil. 113. num. 10. & 11. lib. 5.) infra terminum ad appellandum, ex iuribus vulgaris. ita pungit, & argumentatur Bal. in d. l. si cum exceptione. §. hac autem actio ff. quod metus causa. quos sequitur Feli. in c. quoad consultationem num. 17. de sententia & re iudi. Benedictus Vand. in repertor. Feli. verbo appellatio. fol. 9. col. 1. in prin. facit text. argumentum in l. nimis properè 1. C. de executione rei iudicata. & quod executori dato ad exequendam huiusmodi sententiam, à
33 qua est appellatum, non sit permittendum exequi, etiam si merus sit, & nudus executor, probant Abb. in cap. 1. colu. penul. & si de offic. ordi. Bart. in l. diuus. ff. de iudiciis. Oldral. consil. 89. Gramati. consil. cini. 109. num. 5. Feli. in c. si quando de offic. delega. Marta de iurisd. 1. p. cap. 51. à num. 34. vide in terminis quæ infra cap. 6. num. 50. cum Vincentio Caroc. exceptione 44. sub num. 74.

Secunda rationabilis causa sit, quando
35 expeditio executorialium, seu decretum de exequendo aliud, & nouum contineret grauamen extra rem iudicatam, cum continere deber illud dumtaxat grauamen, quod continebat sententia, & res iudicata exequenda, & quod ex ea tantum inferretur, tunc nanque ab hac expeditioe si iudex tanquam licite non detulerit, vim facit manifestam. ita pulcherrimè Angel. in d. §. hac autem actio. dicens, ita practitari de mente In-

nocentij in c. super eo quod metus causa. sequitur Feli. in d. c. quoad consultationem, num. 16. de re iudi. sequitur etiam Benedictus Vand. vbi proximè. Ruinus consil. 78. num. 1. & 2. lib. 5. & post Bal. & Feli. Capici. decis. 1. n. 23. & decis. 24. Lancelo. de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 53. num. 36. Roland. à Valle consil. 43. n. 3. & 4. vbi dicit, ita omnes tenere, volum. 1. Anton. Gabriel. communi. conclusio. lib. 2. tit. de appella. concl. 4. num. 2. Gratia. in disceptatio. foren. cap. 333. num. 2. tom. 2. Caroc. exceptione 44. à num. 75. faciunt etiam omnes Doctores supra citati num. 23. vers. cæterum & facit, dicentes, quod ab expeditioe huiusmodi non appellatur, quoniam non plus grauat quam sententia, ergo à ratione cessante, si plus grauat, appellatio permittitur.

Et quod à decreto & expeditioe executorialium, continente nouum grauamen, appellatiōi vt licitè deferendum sit, in specie tradit Rota Roma. decis. 208. num. 2. p. 3. & decis. 197. lib. 2. num. 1. & decis. 218. lib. 3. num. 5. & 204. eodem lib. 3. num. 2. Anto. Cuchan. institut. maior. tit. 4. num. 103. Hinc fit quando sententia (de cuius executione agitur) esset allata contra vnum, expeditio, aut pronuntiatio de exequendo
36 fieret contra alium, quia tunc ab ea appellatiōi interpositæ deferendum esse, docet Angel. in l. si cum exceptione §. hac autem actio. ff. de eo quod metus causa, Immola in l. ab executione. C. quorum appel. non recip. Capicius decis. 1. in causa Domini Comit. num. 17. vers. sed quoad casum nostrum Lancelo. vbi proximè d. limit. 53. num. 21. Tertia erit appellandi in hoc casu iusta ratio, quando huiusmodi expeditio
37 fuisse facta parte non citata, quoniam tunc pariter si non deferatur appellatiōi, vim fieri, declarabitur (vt statim dicemus.)

Supradicta declara, vt huiusmodi causas legitimas appellandi, debet appellans eas
38 proponendo in scriptis expressare, Castren. d. conf. 289. ad primum respondet. in prin. lib. 1. Roman. consil. 41. in prin. & Apostilla ad eum vers. videndum. Cardinal. Tuscus d. tom. 1. littera A. consil. 4010. num. 2. & num. 18. & latius nos dicemus infra cap. 3. à num. 144. Gutier. in repeti. l. nemo potest. ff. de lega. 1. num. 447. circa fi.

Hæ autem executoriales, (quas vulgò dicimus carta executoria) post rem iudicatam
39 conficiendæ, est quoddam publicum instrumentum, à notario confectum, summam actorum & processus continens, victori parti tradendum, vt exequantur. ita dicit eleganter Parlador. lib. 2. rerum quosid. c. fi. 1. p. §. 1. sub num. 2. Practicus Monterosus in practi. tract. de modo procedendi in vna executorialia fol. 35. Paz in proxi. 4. p. c. 1. num. 9. Amad. Rodri.

Rodri. de execut. cap. 1. sub num. 9. Villadiego in sua polit. & practi. iudic. c. 4. num. 4. Ioannes Garcia in tract. de nobilitate gl. 6. num. 49. &
40 hæc executorialis idem est, quod mandatum executorium, fed moribus vsitatum est, vt sententiæ in rem iudicatam transactæ hoc instrumentum conficiatur, vt aduertit Parlador. vbi supra, sed in effectu, & essentia nihil aliud est, & ideo docuit Rota ex recollectis per Seraphinum in decis. 879. tom. 1. quod stante re iudicata per sententias expeditio
41 diuntur executoriales, non autem mandatum executorium loco earum, si tamen per errorem secus fiat, & sic non rectè, si tamen rectè concedatur, & cum iustitia, reuocari non debet, sed exequi, attendente Rota styllum vniuersalem, vt non peruertatur, eius omissionem patiente.

Quam executorialium expeditioem debet præcedere omnino citatio partis
42 citæ, & condemnatæ, tanquam penitus necessaria, ad videndum decerni, & relaxari literas executoriales, Rota in d. decis. 879. Seraphini. Puteus decis. 73. lib. 1. (vbi etiam dicitur, quod in domo etiam auditoris executoriales expeditiunt.) Alexan. in l. à diuo Pio §. in venditione. n. 30. & seqq. de re iudic. Castren. decis. 6. num. 2. de causa poss. & propriet. Philip. Franc. in c. ex parte num. 90. de appella. Cyn. in l. ab executione. ibi, nam si eligitur. C. quorum appella. Duenas in regul. 92. in 2. ampliatione, quæ omiſſa iustam præbet
44 causam appellatiōi, cui vt licitè iudex deferre tenetur omnino, ita post Henric. Boic in c. de cætero de re iudic. Anton. de Butr. & Panormi. in c. fi. de præsumptioni. tradit expressè Guido Papæ decis. 436. incipit cum materia. C. quorū appella. num. 95. Lancelo. de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 53. num. 31.

Et hoc est quod voluit dicere Rebus. in tract. de sentent. executione num. 10. & seqq.
45 fol. 223. ampliatis sex modis, scilicet etiam si agatur actione personali, etiam si fiat in eadem re, vel iudex idem qui tulit sententiā, aut contra eundem condemnatum. & etiam si constaret defensionem non competere. sextò & vltimò etiam si post desertam appellatiōem. de quo vltimo Marefcot. variar. resolutio. lib. 1. cap. 31. num. 2. diximus latè supra lib. 3. cap. 18. à num. 73. cum sequent. Et eundem Rebuffum sequitur Cardinalis Tuscus practiar. conclus. tom. 3. littera E. concl. 484. num. 1. & easdem ampliationes latè etiam comprobat Marefcot. variar. resolutio. lib. 1. cap. 31. à prin. vbi disputat, an in relaxatione mandati vigore sententiæ citatio requiratur. quod latè disputat & varias opinionones refert, Anton. Gabr. communi. conclus. 334. p. 1. à prin. vbi num. 1. dicitur, quod sententia inserta in executorialibus, facit
fidem,

post alios vt humaniorem, æquiorè que opinionem hanc affirmatiuam resoluunt Marefcot. ibi. firmatque sub num. 1. eam amplexam fuisse à Rota in vna Taurin. Capell. 24. Februarij 1579. & in alia Barchinonen. bonorum corā Seraphino 16. Februarij 1587. Et licet ex Maran. Vestrio, & Afinio (quos sic intelligit) contrarium sequatur contra Rebus. Escacia de appella. q. 1. art. 8. à n. 186. pluribus adhibitis limitationibus; nihilominus num. 188. vt tutior sit, citare ad tollendas lites, affirmat per Vestrium, & Cardinal. Alexandri. Quæ insuper ampliatur, vt sine controuersia procedat, quando non ipse iudex, qui sententiā tulit, sed alius successor, aut subrogatus expedit executoriales. vt tunc sit citatio faciendæ, quoties scilicet datur rei, aut personæ, etiam litigantis mutatio, prout latius comprobatur ipse Marefcot. d. cap. 31. à num. 5. & 6. & nos alibi dilucidè explicuimus 3. p. cap. 9. à num. 207. cum sequentibus.

Debet etiam fieri actorum, & processus
48 reproductio. Bald. in l. fi. in fi. vers. & nota quod quando pesitur. C. de ord. cognitionum. l. illud, & ibi Bar. ff. de acquir. hæreditate. Paul. Castren. consil. 3. Angel. consil. 178. Bertachi. in reperto. verbo, acta. sub num. 50. ad fi. & quia si non constat, & appareat de processu, itque negetur, executio sententiæ pariter neganda est. Bal. consil. 399. nec præsumitur lib. 4. Cardinal. Tuscus practi. conclusio. 3. tomo littera E. concl. 492. num. 25. latè Riccius in pract. decis. 215. Quod verum est, nisi sententia, de
49 cuius executione tractatur, sit valde antiqua, quia pro ea præsumitur rectè, & ritè latam fuisse, vt ipse Bertachi. verbo, sententia præsumitur. vers. 1. vbi plenè Bart. in l. admonendi colu. 12. vers. quæro quid si reperiantur. ff. de iureiur. allegat Innocen. in c. cum in iure de off. delega. & in c. cum inter. de re iudi. Bal. in l. emancipatione. vers. vltimus quæro. C. de fide iustorum. Quæ autem dicatur ad propositum
50 sententia antiqua, vide eundem Bertachi. ibi, Hostien. in d. c. cum inter. Alexan. in l. fi. ff. quando appellatiō sit. latè Menoch. consil. 100. à num. 236. & de arbitra. casu 53. num. 5. & optimè in casu 4. per totum. & casu 3. & pro hac limitatione plures citat Riccius vbi proximè n. 297.

Hæ igitur executoriales debent in primis
51 continere sententias, seu sententiā, ita aduertit Parlador. lib. 2. rerum quoti. c. fi. 1. p. §. 1. sub num. 2. facit text. in l. vt responsum congruum accipere possis, insere pacti exemplum, ita enim intelligimus an, & c. C. de transactio. & in terminis etiam tenuit Rota testè Puteo decis. 334. p. 1. à prin. vbi num. 1. dicitur, quod sententia inserta in executorialibus, facit fidem,



fidem, iuxta Rotæ decisionem 3. in antiquis ibi citatam.

- 52 Et quod sententiæ insertæ in literis executorialibus creditur, ex quo inserta est in actis iudicialibus, dicit Rot. in decis. 57. aliàs 732. nota quod executoria, de rescrip. in antiq. Mascard. de probatio. conf. 915. num. 2. Et 3. vbi plurima in comprobationem adducit tom. 2. quia executor sententiæ datus ad eius executionem, non antea est ad eam deuenturus, quàm legitimè sibi constet de sententia, aliàs executio esset nulla, ita docet Romanus conf. 336. circa propositam in prin. sequitur Cardinalis Tuscus tom. 3. pract. concl. 485. num. 1. Et seqq. vbi ampliatur, vt procedat etiam si in executorialibus Papæ narraretur tenor sententiæ per partem, quia adhuc non dicitur de sententia constare, cum non sufficiat narratiua partis, nec etiam Principis, nec alterius notarij, nisi constet de relato, seu narrato, & maximè quando mandatur executio fieri iuxta tenorem sententiæ (prout fieri assolet) quia tunc necessariò requiritur exhibitio sententiæ, vt appareat tenor. quia licet verba iuxta secundum, prout & similia, quando sunt in gratia seu priuilegio, stent causatiuè, tamen in rescriptis iustitiæ stant conditionaliter, Tuscus & Roman. num. 2. in fi. vbi supra. vbi additio ad eum verbo, conditionaliter, plures adducit concordantes, & sic vt deperse fidem faciat, debet in executorialibus eius tenor inferri de verbo ad verbum, vt per eundem Romanum d. conf. 336. num. 2. & ibi additio adducit alias auctoritates. sequitur Cardinal. Tuscus d. concl. 485. num. 5. & Puteus supra. Semper siquidem in executione sententiæ verba eius ponderanda sunt, docet Bald. in l. ab executione num. 20. ad fi. C. quorum appell. non recip. idem Bald. in l. 1. C. de senten. & interlocutoris omni. iudic. per text. in d. l. fideiussores magistratum. §. Aurelio ff. de fideiusso. Item etiam vt de mandato procuratorio constet, & in posterum fidem faciat, debet necessariò de verbo ad verbum in executorialibus literis inferri totus eius tenor, & esset tunc ac si esset originale ipsum. Palador. vbi proximè, & est sententia B. Bal. Angel. & aliorum in authent. si quis in aliquo documento. C. de edendo. idem scripsit Innocent. Immol. Zabarella, & Feli. in c. cum in iure peritus, de off. delega. Bart. in l. ult. C. de fide instrum. Iacobi. de sancto Georgio in l. 2. in 2. fallen. C. de eden. Barba. consil. 38. colu. 2. ante fi. vers. Et non est verisimile, volu. 4. quod idem est, si inferatur de verbo ad verbum in sententia, aliisve actibus iudicialibus. Boërius decis. 281. qui dicit communem opinionem n. 6.

Et 8. p. 2. de qua etiam testatur Abb. in cap. Abbatissam de verbor. signi. aliàs autem si totus eius tenor non fuerit insertus, sed dumtaxat enuntiatiuè, vel narratiuè mentio facta à tabellione, & notario, nullo modo probat, nec de eo dicitur constare, si negetur à Domino, vt declarat Castren. in d. authent. si quis in aliquo docum. Feli. in d. c. cum in iure. n. 14. Decius num. 3. 1. & ceteri Doctores in d. authent. si quis. Bald. in rubr. C. de fide instrum. Lanfran. de Orian. & ibi addi. in praxi de productionibus sub n. 34. Cardin. in c. ult. de fide instrum. Alexand. conf. 71. lecto & discussio. colu. 5. lib. 4. Et in conf. 70. in causa vertente colu. penul. lib. 2. Bellamera concl. 125. si appelleretur. Mascard. de probatio. 2. tom. concl. 1008. à n. 3. vbi ampliatur, etiam si testaretur notarius, vidisse, & legisse, vel etiam si diceret, vt constet ex instrumento per me notarium recepto, & fieri rogato, vbi alias ampliationes & limitationes apponit.

Istæ insuper executoriales continere, & transcribi de verbo ad verbum solitum est libellos actionis, & exceptionum, & alia munimenta, quæ ad executionem expediendam, magis attingere videntur, notat Palador. lib. 2. rerum quoti. lib. 2. c. fi. §. 1. p. 1. sub n. 2. iuxta notata per Innocent. in d. c. cum in iure peritus num. 4. de off. delega. & alios in c. quoniam contra de probationibus. Et verbo necessarium libellum actoris inferri de verbo ad verbum, cum probatio eius requirat scripturam ex his, quæ Roman. in repe. rubr. ff. de arbi. n. 37. Specul. in tit. de libelli oblatione. Rosied. in sua summa in prin. & Cardin. in clem. sape q. 18. de verborum signi. Mascard. de proba. 3. tom. concl. 979. in prin. vbi tractat quomodo probetur libellus deperditus.

Libellum autem rei, quantum ad verificandam liris contestationem, non est necessarium inferere de verbo ad verbum, cum sufficiat in actis reperiri scriptum, litem fuisse contestatam. Bart. in l. sciendum n. 19. de verborum obliga. Et in l. quod si dubietur. ff. de acqui. her. vbi etiam Immol. Rom. & Aretii. Hostien. Ioan. And. & Antro. de Buttr. in c. 1. de litis contest. communem dicit Alex. in d. l. sciendum num. 48. de verborum obliga. Brun. in tract. de forma solemn. tit. de probatio. Et praesumptio. colu. 17. vers. item qui erit. B. allegat text. quem dicit rotundum in c. cum causam. de iuram. calum. Mascard. de prob. 3. tom. concl. 986. tamen quantum ad hoc vt constet, quæ exceptiones fuerint in iudicio deductæ, quæ modificandæ, seu impugnant sententiam, vt sint vel non admittendæ, in executione, (iuxta ea, quæ (Deo dante) latè dicturus infra in cap. 7. de excessu, exceptionum respectu) necessarium erit, vt inferatur, &

vt

vt appareat, an sit iam super illis iudicatum.

- 66 De citatione autem non est dubium, vt debeat constare, an contra tertium possessorem executorialibus sit procedendum, cum contra non citatum executio non procedat regulariter, ex his, quæ latè infra de excessu de persona ad personam cap. 8. & generaliter ea omnia inferantur in executorialibus, quæ excludant exceptiones, quæ de iure contra sententiam, seu eius processum oppositæ, executionem impedirent, secundum quæ nos latè infra in d. cap. 7. de excessu. vt alia extrinsecus probatio necessaria non sit, scilicet actorum processus exhibitio. Quæ quidem absque dubio, etiam si lis finita sit, rectè probant, & vim retinent, cap. quoniam contra. de probationibus. l. 1. apud quem. C. de edendo. Bald. in l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. questione 7. Et comprobatur ex his, quæ notat Innocent. in d. cap. cum in iure. Parlador. vbi proximè num. 3. & probat l. hæc sententia. C. de sententiis, quæ sine certa quantitate proferunt. & vt constet qua de causa actum sit, & vt aliis dubiis absque processu satisfiat, inferri solent in instrumento hoc rei iudicatæ interrogatoria, & processus, vt affirmat nostras Ioan. Garcia in tractatu de nobi. gloss. 6. num. 49. & vt ex eis intentio iudicis detegatur, & insuper dicta omnium testium, qui in causa principali meliùs deposuerunt aut expensarum & similibus estimationem, vel in iudiciis vniuersalibus, qui probant de rebus in particulari, quorum omnium liquidatio, & taxatio ad executionem referuatur, atque remittitur (prout assolet fieri) pars sit cauta, vt illos in executorialibus literis faciat inferri, ne aperiat porta testium subornationi, & tandem vt expensis excusetur, ita consuluit Matthæus de Afflic. decisione 35. numer. 3. Ioannes Guierrez de iur. confirm. 1. part. cap. 1. num. 31. Escobar. de ratiocini. cap. 33. num. 26. quod nota.
- Animaduertens Parlador. ibi d. numer. 3. quod si exequutio sententiæ apud eundem Iudicem, qui eam tulit, sit facienda, parui referre, vtrum ex eisdem actis absque huiusmodi summaria actorum transcripitione, exequutio fiat, sufficit enim ad exequendum sola ipsa sententia publica forma signata à notario de mandato iudicis, cum ipsa sola exequutionem mereatur, ex supradictis, vt ex Monterro. & Villadiego refert Amador. Rodrig. de execut. cap. 1. sub num. 9. & constat ex his, quæ à princip. huius c. dicta sunt. Si autem contra sententiam aliquæ exceptiones opponantur, ex processu Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

excludentur, aut probabuntur, cum illa summaria actorum transcripitione & instrumentum, & sic exequutoriales, ita fiunt ad effectum euitandi huiusmodi processus exhibitionem, si de aliquo dubitetur, cum per illas comprobetur, ac iuris sui conseruandi causa.

Hæc autem exequutoriales si in Romana Curia expendantur, eius est necessarius, & inuiolabilis stylus, vt ante earum executionem intimentur parti. Rota decisione prima de sententia excommuni. in antiquis. Rota decisione prima de dolo & contuma. in antiquis. eadem Rota Romana in decisionibus. recollect. per Seraphin. 10116. tom. 2. quibus resolutum est, constare de attentatis, cum processus, de quo agitur, fuerit factus à iudice laico, vigore exequutorialium non intimatorum capitulo, sed tantum quibusdam canonicis, non capitulariter congregatis, &c. ex Rota decisione teste Puteo decis. 44. lib. 3. & quomodo sit facienda hæc citatio capitulo, seu vniuersitati, plures Rotæ decisiones adducit Rota per Ludouicum decis. 584. num. 2. & 6. & 5. vbi per Rotam, quod valer hæc citatio facta priuatim capitularibus, quando facta instantia cum eo qui tenetur congregare, & nolit, aut recusat, plures allegat.

Quorum quidem insuper exequutorialium, vna cum intimatione huiusmodi in Rota, debet fieri reproductio, ac representatio, vbi ante earum actualem executionem, & ante declarationem incurfus censurarum, in eis contentarum, quatuor termini seruantur, de stylo Rotæ seruati soliti, vt declarat Castiadorus decisione 6. gratia subrogationis numero 11. de causa possessionis & proprietatis. Feli. in capite ad probandum numero 6. de sententia & re iudicata. Ioannes Paul. decisione 3. incipit Bellicen. Sarnierius de anna. questione 44. ad medium. Moledanus decisione 182. Lancelotus Robertus de attentatis 2. part. cap. 4. in prefatione à num. 304. & 306. Puteus dicta decisione 44. lib. 3. Seraphin. decis. 878. tom. 1. & decis. 10116. tom. 2.

Qui omnes affirmant, exequutionem, & possessionem beneficij, alterius verò rei in exequutorialibus contentæ, captam ante huiusmodi intimationem exequutorialium, & reproductioem earumdem esse attentatam, nullam, & vt talem reuocandam, rãquam minus canonicè factam, quod etiam probat Crescentius decisione 16. incipit stylus sub rubrica de attentis. vbi inquit, quod stylus Rotæ est, vt si quis vigore executorialium capiat possessionem, dicatur attentasse, quia debent seruari quatuor

termini,

termini, vt latius ibi per eum, & ita etiam fuisse decifum in Rota in vna Abulens. parochia. de Roba. coram Mohedano anno millesimo quingentesimo quadagesimosecundo, vt possessionis adeptio vigore literarum executorialium ante reproductionem dicatur attentata, quam referens sequitur idem Mohedan. in recollect. per eum decisione 180. vacante sub rubric. vt lite pendente. post Sarnerium, & Feli. ab eo citatos. Hinc etiam resolutum fuisse in Rota 27. Octobris anno 1553. in vna Gebennensi spoli. coram auditore Augustino, quod possessio attentata dicatur, & nulla, si fuit capta vigore sententiarum rei iudicatae, & literarum executorialium relaxatarum contra vnum, si illa non fuerunt iuxta stylum Romanæ Curie intimatae alteri possessori.

76 qui vigore resignationis condemnati cum clausula resignationis gratiosa, etiam quoad possessionem, in qua actualiter reperiebatur, testatur Lancelo Robert. de attent. 2. p. in c. 4. in prefatione n. 310. & seqq. vbi tenet etiam cum Gigan. in tractatu seu Epitome de intrus. num. 17. versiculo quinimo. & Mandol. super regul. de subrogan. collect. quest. 4. num. 4. & seq. & idem in tractatu commission. in 14. formula commissionis attentata. in verbo renouandi quest. 1. in fin. quod dispositiones de intruso loquentes comprehendunt, & procedunt in eo, qui non seruatis debitis terminis possessionem vigore executorialium accepit.

77 Quod quidem fallit in eo, qui obtinuit tres sententias, & illarum vigore executoriales, & absque eo, quod appareat factam fuisse intimationem executorialium, vel seruatos fuisse huiusmodi terminos, de stylo seruati solitos, contra intrusum reperiretur, fuisse in possessione beneficii per viginti annos, & tertius contra eum daret de attentatis, quasi ille lite adhuc pendente ingressus sit possessionem, non esse attentatam hoc casu decreuit Rota teste Aquile decif. 33. attentata dixerunt. sub rubrica de attentata. Guidobonus decisione 156. Calagurritana, titulo de attentata. Lancelo. d. prefatione cap. 4. num. 336. dicens notabilem, reddentes rationem, quia verisimile est, primum intrusum recessisse post sententias, & possessionem dimisisse. Et quia per spatium viginti annorum presumebantur omnia solemniter acta, & consequenter executoriales fuisse intimatas, & cum eisdem decisionibus concordat alia Peregr. 93. aliis 51. incipit in causa, vbi idem fuisse retum in vna Pampilonensi coram eo, sub die 14. Maij anno millesimo quingentesimo quadagesimoseptimo, vbi quoque aliam rationem af-

signat, quia per lapsum tanti temporis possessio presumebatur capta volente, & non contradicente possessore.

Quare dicit Feli. in c. ad probandum num. 6. versiculo & adde, quod collatio, de sententia & re iudicata: quod collatio beneficii facta per Episcopum excommunicatum vigore literarum executorialium à Rota emanatarum valida est, si nondum Episcopus declaratus erat, & ita testatur, suo tempore iudicatum fuisse in Rota Romana, rationem reddens, quia licet executoriales excommunicent vt ex tunc, & etiam mandent, denuntiari excommunicatum, tamen in omnibus intelligatur conditio, si non paruerit. Hoc autem quod non paruerit sine iusta causa, non prius constat, quam fuerit lata declaratoria incurfus sententiarum, ad quam declaratoriam sententiam Rota præmittit quatuor citationes moventes eum condemnatum, vt doceat, cur non paruerit, quo non comparente, illum incurfisse censuras, declarat, vbi hoc latius explicat, & prosequitur ibi, quem vide.

Quibus adde, quod decifum fuit in Rota teste Iacobo Puteo, decisione 44. lib. 3. quod licet auditor cameræ sit executor literarum Apostolicarum, & omnium sententiarum latorum in Curia; tamen si executoriales sint decretae in Rota, & executa, seu intimatae, non possunt postea reproduci coram Auditore Cameræ, & coram eo procedi ad declaratoriam sententiam, nisi cum intimatione executorialium fieret monitorium ab ipso Auditore Cameræ, vt comparere deberet coram eo, ad videndum se declarari, aliàs autem non tenetur, quia cum executoriales essent decretae per Auditorem Rotæ, non tenetur citatus, diuinare, quod executoriales coram Auditore Cameræ reproducerentur, & sic propter mutationem tribunalis, & sententiam declaratoriam esse nullam deficiente citatione, & monitione, & ita paulo antea dicitur ibi, fuisse iterum decifum. pariter notandum esse, quod fuisse determinatum in Rota in vna Toletan. matrimonij coram Oradino 31. Ianuarij anno 1556. & antea etiam determinatum 10. Nouembris 1555. teste Lanceloro de attentata. 2. p. cap. 4. in prefatione numer. 309. vt executio executorialium sit attentata, quia cum literæ executoriales deberent reproduci coram Auditore Rotæ, fuerunt reproductæ coram subexecutore earum in partibus, quod fieri non debet. Cui rectè conducunt quæ diximus supra 3. p. c. 9. à num. 239.

Ex

85 Ex quibus omnibus ita clarè constat, quod si in executorialibus in Romana Curia expeditis & relaxatis hic stylus fuerit omisus à subexecutore in partibus (cui ad exequendum commissæ sunt) exequente, nihilominus appellationi interpositæ non deferente vim facere, in supremis prætoriis declarabitur, cum omnia ab eo tunc gesta sint nulla, & attentata ex supradictis. Et ita etiam in Pintiana Cancellaria declaratum fuisse, vim nempe fecisse executore executorialium à Romana Curia emanatarum, quas post earum intimationem factam condemnato, exequi volebat, ante earum reproductionem in Romana Curia; testatur Gutierrez canoni. quest. cap. 4. num. 28. & 29. & multo post hæc scripta Ceuallos in contra commu. lib. 4. quest. 1. num. 415. & iterum lib. 5. 1. p. gl. 9. num. 15. licet sic non probent, nec examinent.

86 At verò notandum est, quod in partibus (Hispaniæ saltem) hic Romanæ Curie stylus in expediendis executorialibus à iudicibus ecclesiasticis non seruatur, nec attenditur, nec fiunt post earum relaxationem, & expeditionem prædictæ intimationes, reproductiones, & representationes earum, sed dumtaxat seruatur ius commune, de quo per nos supra à prin. huius capituli, vt post rem iudicatam fiat reproductio processus, petendo executoriales, quæ petitio intimari parti condemnatae mandatur, quasi nihil releuans ad earum impediendam relaxationem (ex his rationabilibus causis, quæ supra posita sunt nominatim) tabellioni iudex iubet, vt illas literas executoriales parti tradat confectas modo superius dicto, & an in earum executione requiratur citatio, & quando, videbimus latius, Deo dante, infra cap. 5. à num. 6. & c. 2. à num. 2. qui stylus iuris communis seruatur in partibus Hispaniæ, non ille Romanæ Curie; qui seruari non tenetur, vt in terminis dixit Rota in vna Pampilonen. parochialis toram Reibeis 14. Aprilis 1567. vbi ad literam dixisse, quod illud de possessione capta post executoriales non reproductas, vt sit attentata, seruatur in Curia; sed in partibus aliud fortè est, testatur Lancelo. Robert. de attentata. 2. p. d. cap. 4. in prefatione num. 312. cum generaliter & regulariter verum sit, vt stylus Rotæ extra Curiam non sit attendendus, nec extendendus ad partes, secundum Alciatum in consil. 25. non videtur num. 5. lib. 5. Lancelo. de attentata. 2. p. cap. 6. num. 3. de quo articulo videre poteris quæ nos latè deduxi. us supra 3. p. cap. 9. prope finem à num. 233. vers. illud tamen valde vtilissimum, & vique ad si. cap. & vide Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

alia quæ diximus p. 1. cap. 2. §. 3. à num. 20. cum seqq.

90 Executoriales hæc mittuntur cuidam executori, vt illas ad effectum perducatur, atque actuali executioni tradatur, quare quæri potest: an ab huiusmodi executorialium commissione facta executori appellationi interpositæ non deferens vim faciat iudex ecclesiasticus. in quo negatiuè resoluo, vim non fieri, cum appellatio hoc casu licita non sit. ita dicunt Specul. in tit. de appella. §. in quibus. vers. 5. Ioannes de Anania cons. 26. in causa colu. 1. Beroi. in l. de executione C. quorum appella. sub num. 9. post Immol. ibi, Lancelo. de attentata. 2. p. cap. 12. l. 53. num. 18. & seqq. Rebuf. tractatu de sententia. executio. artic. 7. gl. 12. num. 17. & optimè etiam post Romanum cons. 41. in prin. & per Apostill. ad eum verbo, videndum. Alexand. cons. 95. num. 3. lib. 2. attestantem de communi. & post Ioan. de Ana. d. cons. 26. Rolan. à Valle cons. 43. in prin. lib. 1. Corneum cons. 71. super primo, num. 20. & 21. quos citat ad id, tenet Cardinal. Tufcus præfati. conclu. tom. 1. litera A. concl. 4010. n. 6. & n. 17.

Et faciunt etiam omnes illi Doctores qui ex doctrina Beroij vbi proximè tradunt pro cautela, ad euitandam appellationem à sententia de exequendo, vt iudex non pronunciet exequendum, sed directè committat executionem sententia, aut instrumenti quarentigiatæ executori, quia tunc appellari, nullatenus poterit, meminit Lancel. vbi proximè num. 20. Roderic. Xuarez in l. post rem. in declaratione Regni. quest. 6. sub n. 2. & multi superius à nobis citati, tenentes, vt à præcepto de exequendo appellationi deferendum sit, ita suam opinionem temperantes, & hanc pro omnimoda securitate cautelam tradentes. & probatur, quia huiusmodi commissio dicitur pars realis executionis, secundum Lancelo. ibi, & sic idem ius est de parte quoad partem, quod de toto quoad totum. l. quæ de toto. ff. de rei vendi.

91 Et eo insuper fundamento, nam cum huiusmodi commissionis extrema appellatio nem excludant, nempe ipsa sententia translata in rem iudicatam, imò & executorialium expeditio ac relaxatio, quod est extremum à parte antè, ac ipsa actualis executio, & ipse executor non admittunt appellationem, quod est extremum à parte post, ergo medium connexum, & coniunctum, quod est ipsa commissio, debet pariter appellationem excludere, nam medium participat à iuribus extremorum, adeò vt probatis extremis medium probatum remanet, Calcaneus in cons. 32. num. 3. Bald. in dicto

y 2 C. de

C. de edicto d. n. A. d. r. in l. i. iudic. C. de rei vind. Angel. in l. qui sol. §. in rusticis ff. de seruit. praed. Innocen. in cap. licet causam de rescrip. Bald. in l. 2. C. quando prono. non est neces. Hieron. Cagno. in l. vni. §. 1. c. si quis ius dicit. Barba. consil. 12. num. 18. volum. 3. Bellamer. decif. 42. 1. probatis extremis & elegant. Tiraque. tractatu de rescript. §. 1. gl. 95. versic. idque regulare est, quod procedit quando medium habet coniunctionem cum extremis; cap. maiores. de Baptif. secundum gl. in cap. volumus 6. q. 4. citata à Bellamer. ubi proximè & tradit Bart. in l. Celsus. ff. de usucapio. Mascart. de probatio. 2. tom. concl. 730. num. 6. & sursum prout in nostro casu, quia fiat necessaria connexitas, & coniunctio, tum quia (vt diximus) ista commissio est pars realis executionis, tum quia frustra sententia ferrentur, nisi executioni mandarentur, vt diximus supra ad prin. huius capituli.

96 Medium enim eiusdem praesumitur natura, & conditionis, cuius sunt extrema. l. si seruus plurium. §. si. ff. de legat. 1. l. 3. §. 1. ff. de liber. & posthum. ubi media iudicantur secundum praecedentia & sequentia. Petrus Surd. in consil. 151. num. 29. tom. 2. HERNIA in cap. 1. versic. quidam tamen, in additio. de contentio. inter mascul. & femi. Brun. consil. 127. colu. 7. versic. quod si aliam, & tertiam, facit

97 quod dicimus, media declarari ex praecedentibus, & sequentibus. l. heredes palam. §. si quis post. ff. de testam. Fel. in rubr. de re iudi. colu. 5. versic. intellige. Neuiza. consil. 29. num. 4. cum similibus.

Vnum tamen elegans notandum est in

98 hac materia, quod absolutoria sententia non indiget executorialibus, ita eleganter aduertit Andr. Gail. practi. obseruat. lib. 1. obseruatione 114. fol. mihi 88. num. 28. Ioan. Garcia de nobilitat. gl. 8. §. 1. num. 6. reddentes rationem, cum absolutoria sententia statim secum absolutionem, & executionem trahit absque aliquo nouo facto iudicis, quia seipsam exequitur, nihilque ex ea sit tradendum; nihil enim praestat, nec addit, nec admittit, & sic nullo facto hominis eget, quia nulla eget traditione, nulla cautione, nulla citatione, nulla particula, sed ita remanet sicuti erat tempore legis motae, l. si inter me ff. de re iud. ibi, nihil de iure tuo iudicatum intelligitur.) & l. ex sextante §. Lavinus. ff. eodem. ibi, nihil enim de iure tuo iudicatum intelligitur.) & iterum ibi, nihil enim in tuo iudicio de iure rei absoluti statutum intelligitur.) secundum gl. verbo, eorum, quam ibi post Bart. reliqui probant. Bart. in l. exceptio. ff. de exceptio. rei iudi. idem Bart. in l. si quis rem. ff. eodem. pro quo est egregius text.

in l. si superatus. ff. de pigno. vbi Bart. num. 3. late & optime prosequitur Ioan. Garcia ubi proximè à num. 6. cum seque. quare seipsam exequitur, statimque absolutus executione rei iudicata (quam illa praestat) tutus sit, toto tit. ff. de exceptione rei iud. Innocent. in cap. cum nostris. num. 3. versic. ex his, de concessione praebenda. gl. in c. pastoralis. verbo, cum executionem. de appella. & Doctores ibi. Angel. in repet. l. tale pactum num. 17. ff. de pactis. Natta consil. 524. num. 25. volum. 3. incipit in causa. Bart. in l. metum §. sed quod prator. num. 12. ff. de re iud. vbi optimè Zafius num. 2. per text. in l. 1. §. debitor. ff. vt in possessionem legato. quem ad hoc singulariter inducit ipse Zafius. Sequitur Andr. Gail. ubi supra, dicens quod ab eruditis iudicibus ita diligenter obseruandum est, sententiam imperiti iudices indistinctè executoriales petenti victori decernunt, & que meminisse hac ratione victori executoriales in Camera denegatas fuisse, quod quidem ex identitate rationis obseruandum est, & intelligendum in quolibet actu, & sententia negatiua, quae secum executionem trahit. Contrarium tamen solet vbique praticari, vt his casibus supradictis executoriales relaxentur victrice petente, non ad effectum exequendi, sed iuris sui, & exceptionis conseruandi causa ac comprobandi.

Pariter etiam executoriales non expediuntur vigore sententiae nullae, cuius nullitas per inspectionem actorum apparet, quia sententia nulla notoriè nullam executionem meretur. ita in terminis dicit Andreas Gail. lib. 1. practi. obseruat. d. obseruat. 113. à num. 2. fol. 87. Marant. de ordine iudiciorum. 6. p. tit. de executione sententiae num. 3. fol. mihi 651. in paruis.

Sed quis iudicem, an iudex à quo, an iudex ad quem, qui confirmat, vel infrimat sententias, tulitque vltimam, vel aliam, quae tamen transit in rem iudicatum: possit executoriales expedire, & executionem facere; quid in delegato & quid in Ordinario, mirabiles multasque per ampliationes & limitationes magnam casuum diuersitatem, & differentiam concessit nouissimè Sigismundus Escacia tract. de appellat. quæst. 11. artic. 7. per totum à num. 162. vsque ad num. 183. quem vide omnino.

CAPVT

CAPVT II.

Quanto temporis spatio silicium executorialium vires seu minuat, seu penitus enervet. vbi inter vtrūque ius, & Regium redditur discrimen.

S V M M A R I V M.

Executorialium vires ex quibus vel extinguantur, vel enerventur. n. 1.

Si in executione conuenit pars, & iudex per vnum annum puta, noua debet fieri citatio cum relatione status executionis, & de ratione. num. 2.

Ab executore omittente citationem requisitam appellationi interiectae deferendum est. n. 3.

Executoriales & sententia post triginta annos non exequuntur. n. 4.

Appellationi emissa ab executione executorialium praescriptarum, nisi deferat executor vim faciet. n. 5.

Executorialium praescriptarum exceptio est legitima, cum oriatur ex inspectione sententiae. num. 6.

Ab executore regiente legitimas exceptiones appellationi deferendum. n. 7.

Exceptionem praescripta executionis non est necesse opponere, sed iudex ex officio id tenetur, cum appareat ex inspectione sententiae. n. 8.

Exequendi ius ex obligatione personali decem annis iure regio praescribitur. n. 9.

Executum ius ex re iudicata super actione personali simul cum ipsa actione praescribitur spatio viginti annorum iure Regio. n. 10.

Exequendi ius ex instrumento quarentigatio si praescribitur per decennium, non impeditur via ordinaria ex instrumento agi intra aliud decennium, n. 11.

Ius exequendi ex actione reali etiam hodie iure Regio non praescribitur, nisi spatio triginta annorum. n. 12.

Executorialium ius iure civili praescriptum per triginta annos, à minori tempore iure canonico amittitur. num. 13.

Executorialium vires amittuntur per longum tempus concurrente non bono iure victoris. n. 14. & à n. 21.

Instantia iure canonico non perit, sed est perpetua. num. 15.

Instantia iure canonico perit per decennium concurrente negligentis non bono iure, quia tunc praesumitur habita pro delicto. n. 16.

Lis censetur delicta per silentium decennij concurrente non bono iure negligentis, non in omnibus causis, sed in beneficalibus tantum, & qua ratione. n. 17.

Defectu iuris concurrente cum silentio decennij Salgado de protect. Reg. Tom. II.

honestum non est, vt beneficium tanto sit tempore litigiosum. n. 18.

Instantia & lis in Romana Curia non finitur nisi per sententiam in omnibus causis praeter beneficales. n. 19.

Executoriales in beneficalibus extinguuntur per non usum earum, & per cessationem minori tempore triginta annorum, & quomodo intelligatur. n. 20.

Ius exequendi ex executorialibus etiam iure canonico non nisi spatio triginta annorum extinguatur, defenditur. n. 21.

Lanceloti Roberti assertio reprobat. n. 22.

Silentium longi temporis in executorialibus licet possit concurrere, non tamen iniustitia calumniosa sicut in lite. n. 23.

In executorialibus omnis cessat calumniosa praesumptio, & pro eis praesumitur ritè & rectè latas sententias. n. 24.

Executorialium ius vt extinguatur, triginta annorum lapsus requiritur iuxta Rotam. n. 25.

Silentium per longum tempus non praesumit delictas executoriales, cum adsit in illis praesumptio boni iuris. n. 26.

Silentium longi temporis perimit instantiam litis, ergo perimit ius exequendi ex executorialibus; non est bonum argumentum. n. 27.

Lis perit triennio iure civili, & tamen non ius exequendi, cum triginta annorum lapsus consideret. n. 28.

Exequendi ius ex executorialibus non habet instantiam regulariter. n. 29.

Instantia in executorialibus non incipit currere, antequam in iudicio capta sit executio. n. 30.

Executoriales valde antiquae non mittuntur executioni. n. 31.

Executoriales simpliciter antiquae, scilicet, quae nondum compleuerit triginta annos, mittuntur executioni, cum exhibentur processus & sententia ex quibus emanarunt. n. 32.

Secus si sola executoriales exhibeantur post longum tempus, quia tunc illis denegatur executio. ibidem.

Executio capta instantia apud per triennium percat, tres reperuntur opiniones. n. 33. & de resolutione. n. 46.

Ius exequendi tam ex executorialibus, quam instrumento quarentigatio habere instantiam triennio perituram, qui teneant. n. 34.

Que opinio tanquam absoluta & sine distinctione sequenda non est. n. 35.

Executiuam viam ex instrumento quarentigatio non habere instantiam, nec triennio perire, qui teneant. n. 36.

Quam opinionem veram esse, resoluitur in casu de quo loquitur. ibidem, & n. 38.

Sententia diffinitiva est essentialis, vt iudicium instantiam habere dicatur. n. 37.

Executiuum ius intentatum per actionem in factum